

στρ. γ΄.		ἀντιστρ. γ΄.	A
ὁ δ' ἐν δόμοισι πρεσβὺς ὀμματοστερῆς		ἀνῆξε μὲν ξίφους ἐπ' αὐτόχειρά τε	
ἀπήνας ὀμοπτέρου		σφαγὰν ἀγχόνας θ' ὑπερ-	
δόμων ἀποζυγείσας,	50	τέρων, ἀρὰς στενάζων	55
πόθον γ' ἀμφιδάκρυ-		τέκνοις* σὺν δ' ἀλάλαις	
τον αἰὲ κατέχων		κέκρυπται σκότιος.	

ἐπωιδῶς γ΄.

ὄλοιτο, κ. τ. λ.

Si quis ægre ferat quod in Anapæsticis disponendis versus pro arbitrio transposui, velim ille nobis hunc locum expediat. Euripidi certe carmen ἐπωιδικὸν nullo modo restituere poterit, ni **B** versus transponantur. Hoc igitur feci. Nonnulla quoque delevi. Quædam etiam inserui. De versibus transpositis non est quod dicam; satis ampla de ista re jam diximus in Append. ad 121. p. 146. A. Quæ delevi, sunt in γ. 5. ᾧ post ἔβας, et post τόνδε in γ. 8. Μᾶτερ gl. pro τεκοῦσα. γ. 13. Vulgo τρομεράν. Sæpe permutantur αν et αρ. Vid. Append. p. 135. D. γ. 18. Addidi μοι omissum ob μα. Μοx βοστρέχων. Sed metrum poscit βοστρυχάδειος. Hæc vox in 1500. irrepsit ubi βοστρυάδειος sagaciter conjecit Porsonus. γ. 19. Vulg. χαίτας. Ad conjecturam nostram commonstrat viam Marklandus ad Iph. T. 1148. ubi ΧΑΙΔΑΣ **C** (vulg. ΧΑΙΤΑΣ) ἀβροπλούτοι' antitheticis respondent Πλάταις ῥοθίοις βήσει. Μοx in eadem fabula vulgo legitur γένυσιν ἑσκίαζον. Sed feliciter Canter. γένυ συνεσκίαζον. E quo loco præpositionem vulgo omissam hic quoque addidi. γ. 31. Vulg. περιχορείουσ'. In Œd. T. 477. περίξ ποτᾶται Bothius edidit; verum ibi stare potest περιποτᾶται. γ. 32. Τέρψιν delevi gl. pro χαρμονάν. γ. 35. Καινοῖς feliciter restituit Piersonus. γ. 36. Vid. Append. 132. p. 149. C. γ. 38. Vulgo παλαιγενεῖ. Sed Græci amant servare ο in compositis. Aristophanes habet Παλαιογενῆς in Nub. 357. Habet et Hesychius, sic in ordinem redigendus, Παλαιοετῆς, ὁ παλαιετῆς, πρεσ- **D** βύτης. + Παλαιοθήτης, ὁ συνήθης παλαιοπράγμων. Vulg. Παλαιδέτης, et Παλαιοθέτης. Cognatam vocem in Hesychio depravatam sic MS. exhibet Γηράλιος, γέρων γεροθήειση, ubi Musurus restituit γεροθήτης: sed male delevit εῖ; quæ vox reponi debent post Γηράλιος. Alicubi me legisse memini phrasin simillimam Γέρων γέρων εῖ. Μοx δραστήριος post παλαιοπράγμων exulari debet. E prava scriptura πολυπράγμων, ni fallor, ortum est. γ. 50. Articulum delevi. γ. 55. Quid sibi velint vulgata ΤΠΕΡΤΕΡΕΜΝΑ Τ ΑΓΧΟΝΑΣ plane ignoro. Nostram conjecturam ΑΓΧΟΝΑΣ Θ ΤΠΕΡΤΕΡΑΝ